Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26379
Copyright: Admont, Benediktinerstift

securi stemus ac tuti. Vt autem nulla omnino timeatur
tentatio in hac inpsenti sperandum est fieri posse.
quia hec beatitudo hic inchoatur et in futuro p
fictur: Amen autem quod in fine scribitur signaculum
est dominice orationis quod aquila interpretatus est
fideliter. Et nos uere possumus dicere signaculum
dominice orationis istius purissima esistere veritate.
et indubitanter omnia illis eferri a domino que rite po
stulant si conditionis ultime pactum seruare non
neglegant. Si enim dimiseritis hominib; peccata
eorum usque nec pater uester dimittet uobis peccata uestra.
Si non dimiseritis hominib; aut quasi non sunt homines
qui dimittant idem non humani neque terreni. Vnde
scriptum est. Ego dixi dii estis et filii excelsi omnes.
Vos autem sicut homines moriemini ideos dicit quia
propter peccata homines exclusi esse meruerunt.
Cum autem ieiunatis nolite fieri sicut ypocrite tristes.
Exterminant enim facies suas ut appareant hominib;
ieiunantes. Amen dico uobis quia receperit mercede
suam. His uerbis interitio nostra ad interiora gaudia
dirigi docet. ne foris querentes mercede huic seculo
eformemur: Quod dicit exterminant uitio scripture
uitium est exules quoque exterminantur. quia extra